



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium,
opusculum:||**

Clicthove, Josse

Coloniae, 1527

VD16 C 4208

Sanctor[um] etiam patrum, Dionysii, Damasceni & Chrysosto, dictis
corroborari ueritatem dominici corporis & sanguinis in eucharistia. XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30220

DE SACRAMENTO

¶ Sanctorum etiam patrum: Dionisij, Damasceni, & Chrysoctomi dictis: corroborari ueritatem dominici corporis & sanguinis in eucharistia. Cap. XIII

Dionisius
Areopag.

Audiendi sunt insuper uenerandi patres antiquitate doctrina & sanctitate spectabiles: quorum in ecclesiasticis dogmatibus magni semper habita est auctoritas. Et in primis Beatus pater Dionysius, apostoli Pauli discipulus: qui in 3. cap. sui libri de ecclesiastica hierarchia, mysterium sacrae communionis secundum ritum apostolicum describens, inter caetera ait: At uero pontifex cum diuina munera laude profecutus fuerit: sacrosancta & augustissima mysteria conficit: & quae ante laudauerat uenerandis operata atque abdita signis: in conspectum agit. Diuinaque munera reuerenter ostendens ad sacram illorum communionem & ipse conuertitur & reliquos ut communicent, hortatur. Sumpta deum atque omnibus tradita communionem diuinae gratias referens finem mysterijs imponit. Haec ille: Nunc uero rogandi sunt aduersarij: quoniam illa sunt sacrosancta & augustissima mysteria, quae pontifex conficit, quaeque uenerandis operata sunt atque abdita signis: & quorum communionem sumit sacerdos atque alijs tradit. Nunquid ea, panis sunt materialis & uinum naturale: peracta consecratione secundum suam substantiam manentia, & solum modo gloriosum Christi corpus, quod in caelis confidet ad dexteram patris, representantia? ut aiunt. Nequaquam profecto. Nam penitus desiperet: qui nunc illam panis & uini materialemque substantiam sacrosancta & augustissima uocaret mysteria.

Sed ea ipsa sunt, sacratissimum Christi corpus & sanguis: sub speciebus panis & uini ut signis sensibilibus, secundum Dionysij sententiam, contenta. Quod & ex uerbis eius, paulo post in eodē capite subiunctis: ubi spiritualementem aperit intelligentiam eorum, quae de hoc mysterio sacrae communionis proposuit manifestius elucescit. Inquit. n. Peracta uero laude, uenerandaque ipsorum & intelligibili speculatione spiritualibus inspecta luminibus: tū uero etiā ad sacra mysteria insignis celebranda progreditur, idque ex traditione diuina. Quocirca reuerenter simul & ex pontificali officio, post sacras diuinorum operum laudes: quae hostiam salutarē (quae supra se est) litet, se excusat, id ipsum primo deceter exclamans. Tu dixisti: Hoc facite in meā commemorationem. Hae ibi: Quænam autem illa salutaris hostia, quae supra ipsum est sacerdotem, illoque eminentior: quam parat immolare? Nunquid materialis substantia panis & uini: longe inferior iuxta naturæ conditionem sacerdote sacrifico? Minime sane sed sacrosanctum Christi corpus: non modo sacerdote, sed & caelis ipsis sublimius. Quid item iussit Christus in cœna fieri: in sui commemorationem an naturalem panis & uini terrestremque substantiā? Nautique: nam hanc uinitor aut uindemiator ante fecerat: & illam pistore arte sua decoxerat. Sed consecrationem panis in suum corpus, & uini in suum sanguinem: illis uerbis, ab apostolis & successuris deinde sacerdotibus, tunc fieri præcepit in sui memoriam. ¶ Astipulatur autem eidem & Io. Damascenus, non aspernandæ autoritatis scriptor: in quarti sui libri de fide orthodoxa, capite 14. dicens: Si uolens ipse deus uerbum, factus est homo, & ex sanctæ uirginis purissimis & illibatissimis sanguini-

Idem.

Lucæ. 22.

Damasc.

DE SACRAMENTO

Gene. 1.

Matt. 26.

Lucæ. 22.

Luc. 1.

3
Damalce.

Matt. 26.
Ioan. 6

bus in seipſo ſine ſemine carnẽ ſuſtentauit: non po-
teſt panem, ſui ipſius corpus facere, & uinum &
aquam: ſanguinem? Dixit in principio. Producat
terra herbam uirentem: & uſq; nunc p' uia facta
producit germia, diuino coadiuta & uigorata præ-
cepto. Dixit deus: Hoc eſt corpus meũ, & hic me-
us eſt ſanguis: & hoc facite in meã cõmemoratio-
nem. & omnipotenti eius præcepto, donec ueniat
efficitur. Et paulo poſt, in eodẽ capi. ſubdit. Quõ
fiet mihi iſtud? dixit ſancta uirgo: qm̃ uirx non co-
gnoſco. Reſpondet Gabriel archangelus: Spiritus
ſanctus ſupueniet in te: & obũbrabit tibi. Et nũc
interrogas: quõ panis ſit corpus Chriſti, & uinum
& aqua, ſanguis Chriſti? Reſpondeo tibi & ego.
Spiritus ſanctus obumbrat: & hæc operatur ſup
ſermonem & intelligentiam. Panis autẽ & uinum
tranſſumuntur. Nouit enim deus humanã infirmi-
tatẽ: q; cõplura uſu non trita auerſatur, moleſte fe-
rens, Aſſueto igitur condeſcenſu uſus: per conſue-
ta naturæ, ea facit q̃ ſunt ſuper naturam. Hæc il-
læ, & reliqua: in eandẽ ſententiam cõtinuo pro-
greſſu conſequentia ¶ Demum, lapidem unũ fun-
da Dauidica contorquet idem ſacer autor in fron-
tem aduerſariõ: quo totam hanc factionem Oe-
colampadianam proſternat & contundat. cũ po-
ſtea ſubdit. Non eſt figura, panis & uinum: corpo-
ris & ſanguinis Chriſti (absit, n. hoc) ſed eſt ipſum
corpus domini deificatum. ipſo domino dicente:
Hoc eſt meum, non figura corporis: ſed corpus. et
nõ figura ſanguinis: ſed ſanguis. Et ante hoc: ipſis
Iudæis. Qm̃ niſi manducaueritis carnem filij ho-
minis, & biberitis eius ſanguinem: non habebitis
uitam æternam. Caro mea, uere eſt cibus: & ſan-
guis meus, uerus eſt potus. Et ruruſ. Qui mandu

EVCHARISTIAE. I. 44

rat me, uiuet. Hæc ille. Verꝫ ut icꝫum hunc uali-
 dum declinet Oecolampadius: parui facit autori-
 tatem Damasceni, & repudiat eam (qꝫ suæ sit o-
 mnino contraria sententiæ) cum ita in suo qꝫ im-
 probamus, scribit opusculo. Fortassis Damascenus
 & posteriores quidam: tale quiddam magnifi-
 cant. Sed nõ morabitur prudentem lectorem: qui
 multis argumentis parꝫ solidũ se declarat. Hæc ibi
 Ceterꝫ cũ ne unum qdem ex multis illis argumen-
 tis, ut ait, afferat illic Oecolampadius, quo parꝫ so-
 lidum esse Damascenũ cõuincat: cõstat profecto
 hæc gratis esse in ipsum eiaculata, & pro more hæ-
 reticorꝫ. qui libros omnes insigniũ autorꝫ suo nõ
 sapientes stomacho, aut aduersos suæ impietati,
 reijciunt: & tanqꝫ nullius sint ponderis aut momẽ-
 ti, alpernantur. ¶ **A**c credit prædictis & Chryso-
 mus in 3. libro dialogorꝫ de dignitate sacerdotali,
 capite 4. dicens. Cum immolat um dominum no-
 strum, & incenso astantem uideris sacerdotem at-
 qꝫ imprecantem. omnesqꝫ pariter precioso imbui
 sanguine: adhuc te esse cum hominibus arbitrarise
 & non continuo animo translatus in caelos, omne
 qꝫ de mente sensum carnis excludens: nuda anima
 sensuque mundissimo, ea quæ sunt in cœlestibus
 contueris? O miraculum. O Dei in nobis beneuo-
 lentia. Qui sursum sedet ad dexteram patris: sacri-
 ficij tamen tempore, hominum manibus contine-
 tur, traditurqꝫ lambere cupientibus eum, & cum
 generatione completi. sitque hoc totum: sub o-
 culis humanis. Hæc ibi: Nescio plane, quid his
 uerbis apertius dici posset: ad exprimendam sa-
 cri corporis **CHRISTI** in sancta Eucharistia
 præsentiam, aut quid concitatus: ad commouen-
 dos fidelium animos in reuerentiã & deuotionem

22
22
22
22

4
Chrysol.

F 4

DE SACRAMENTO

ad tam sublime mysterium, quod certe ueneratio & pietatis obsequentia, nequaquam debetur pani materiali & uino: quod tumlibet accommodaretur in representationem corporis & sanguinis Christi. **C**irrus idem in 6. lib. eorundem dialogorum, cap. 4. ait: Cum uero etiam spiritum sanctum sacerdos aduocauerit, & reuerendam illam immolauerit hostiam communemque omnium dominum subinde contigerit: ubi illum, dic mihi, nostra aestimatione ponemus? Quod tum ab illo splendorem poscimus: & quam religionem? Expende enim, quales oporteat eius esse manus: tantarum rerum ministras, qualem linguam: uerba illa fundentem: aut quo genere non mundior, & sanctiorem animam, talem spiritum recepturam esse? Tun enim etiam angeli circumstant sacerdoti & tribunal atque altaris locus, caelestibus uirtutibus adimpletur, ad honorem illius qui immolatur. Quod quidem: ex ipsis quae aguntur, ostenditur. Ego autem audiui referente aliquo, quoniam presbyter quidam uitae sanctitate mirabilis, & qui reuelationes soleret uidere: retulisset illi, tale spectaculum se aliquando uidisse, id est, sacrificij tempore conspexisse angelorum multitudinem: sicut ei possibile erat intueri, stolis fulgentibus circumdantem & altare coronantem: cum officio, quo circa regem suum milites stare consueuerunt. Quod mihi facile persuasum est. Alter uero mihi retulit, non ab alio se audisse dicens: sed quod ipse uidisset quosdam de seculo hoc recedentes, qui participes mysteriorum illorum in conscientia munda fuerant: cum efflauerant ultimum spiritum, subuehi eos alacres manibus angelorum. Sic Chrysostomus. Quis autem sanae mentis tantam exposcat sanctimoniam; & puritatem animi; ut rite a sacerdote contrectetur

Idem.

Duae uisiones sacrae diuinitus ostensae.

EVCHARISTIAE. I. 45.

panis & uinum materiale, quod solum esset sym-
 bolum & signum dominici corporis et sanguinis
 aut q̄s sanctor̄ choros angelor̄ diceret sacro as-
 sissere altari: in quo tantū panis frumētarius attri-
 ctaretur in memoriā Christi; Hæc igitur oīa ar-
 guunt: tātis sācti altaris mysterijs uere adesse cor-
 pus dñi, & ipsum Christū: regē angelor̄ & hoīm.
 ¶ Ceter̄ illud ipsum quod a Chrysofomo supra
 est explicatum, de angelicor̄ spirituum obsequio
 sa præsentia, q̄ exhibent sacrae immolationi eu-
 charistia in altari; a beato etiam Gregorio asseri-
 tur in iis uerbis, quæ in precedēte capite adducta
 sunt ex uolumine de rector̄. de consecra. distinc.
 secunda. capite quid it sanguis. quor̄ initium est
 Quis fidelium habere dubium possit. & cætera
 ut ante sunt citata. Astruit & id ipsum sanctus
 Ambrosius in suis sup̄ Lucam cōmentariis: ex-
 ponēs illū euangelij locū, in quo describitur Za-
 charia sacerdoti ingresso templū ut offerret incē-
 sum apparuisse angelus dñi: stans a dextris alta-
 ris incensi. Vtinā (inquit) nobis adolentibus alta-
 ria, sacrificiaq̄ deferentibus assistat angelus: im-
 mo se præbeat ad uidendū. Nō em̄ dubites assiste-
 re angelum: quando Christus immolatur. Etem̄
 pascha nostrum: immolatus est Christus. Nec ue-
 reare: ne turbetur cor tuū, angeli uisione. Idē enī
 angelus q̄ occurrēt nobis, cōfirmare nos poterit:
 sicut turbatū ante Zachariae animū confortauit
 Hæc ibi. In q̄bus dictis absq̄ uerbor̄ inuolucro
 plane sentit Ambros. quando ad altare sacrificia
 deferimus: Christū immolari, & de angelor̄ præ-
 sentia nequaquā esse hæsitandū Ex quo cōsequēs
 est: uer̄ Christi corpus in eucharistia contineri.
 Quod & in libri sui de mysterijs initiandis capi

Gregoria
us.

Luca. 1.

Ambrosi-
us.

1. corin. 5.

DE SACRAMENTO

te octauo & nono, nec non in librorum suorum de sacramentis, tribus postremis: idem sacer antistes multifariam demonstrat.

Sanctum præterea Ignatium, & Cyprianum: graues pœnas indigne sacra mysteria atrectantibus a deo inflictas, explicantem eandem de v̄itate dñici corporis in eucharistia, astruere sententiam. Cap. XIII.

A dñiciendi sunt insup supra dictis & alij sacri scriptores, non aspernandæ in ecclesia authoritatis: qui eandem suffulciant doctrinam catholicam, de præsentia dominici corporis in eucharistia. Quam in primis non obscure insinuat beatus Ignatius: episcopus Antiochenus, & sacro martyrij titulo insignis. Qui in decima suarum epistolarum (quæ est ad Ephesios ex Smyrna) ita scribit ad fideles, Ephesi agentes. Festinate frequenter accedere ad eucharistiam: & gloriam dei. Quando em̄ assidue hoc ipsum agitur: expelluntur potestates satanæ, qui actus suos conuertit in sagittas ignitas ad peccatum. Vestra autem concordia & consonans fides, ipsius est interitus, & consentaneis eius tormentum. Nihil enim melius est, quam pacem habere: in qua omne telum euacuatur acriorum & terrestrium spirituum. Et circa finem eiusdem epistolæ subnectit. In Iesu Christi nomine congregamini communiter: frangentes panem qui est medicamentum immortalitatis, antidotum non moriēdi sed uiuēdi p̄ Iesum Christū in deo, Hæc ibi. Atq̄ nuda panis materialis substātia, rametū in cōmemorationem dñicæ passionis sit sacrata: uirtutē non habet aut efficaciam expellendi pote

Ignatius.

Idem.